

Illustrissimi Domini

28. Ad

Heri Conbreram Dominum Wymenenum Leydā reversum, virum certe
Nobilissimum optimum, et Comitatu nemini secundum; qui me monuit
Collegam suum Dominum Beurenium iniisse nobam praefecturam:
Dorēraçissē bene meminisse Consulatum, etq; alium Curatorem brevi sub
stituendum: Consuluit insuper sollicitentur Consules Leydenses, in hac
urbe quos dicebat praesentes in hoc eodem negotio, quos tu Dominus
si forte conbreris, unā voce, facile ad voluntatem illustrissimi
principis inclinabis. Ego semel non temere nec repentinā quādam
voluntate impulsus, sed exploratā ratione certaq; iudicio adductus, me in Clientē
sam tuam tradidi, sub Celsissimo Principe et omnium Optimo, qui cum
omni te munere dignum ducat, tum vero libenter transfatā in te gradissī
morum negotiorū parte, reseat: Me tua fidei, benevolentiaq; Commisi:
Eadem mihi perpetuo mens, eadem in te sita spes erit: Observavi studium tuum
Laetitiam etiam et sollicitudinem summam, ad me his duvis temporibus
jubandum augendum et ornandum: Nunc tanquam bonus artifex ad imi
tationem summi et opt. artificis, tuum quod ex merito tuo capisti, ut
perpolias et perficias opus, oportet: Expedi observo, me hac Molestia
et hoc me praesenti periculo libera, qui tam benigne summo Principi
ad quem multis nominibus ante omnes alios totius Europa reges et
Principes, accedere percupiebam: acceptus. Deo bono sic mihi in hac
meā peregrinatione arumosa, favente; apud alium quempiam Regem
aut principem mendicare posthac erubescam. Vale praestantissime
Dom. et hanc gratiam quam apud te imbrui: pluribus si brevis mundo pro
spalandam: his paucis versibus quibuscunq; benigne accipe cum meis qua fun
dentur ad Deum votis.

Exul inopsq; simul tibi nunc acceptus amict
Atq; tuū merito tempus in omne Clientis:
Jam tibi successum fortuna exoptat amica;
Quam patriā extrusum Comitē excepit.
Dives erat Junior, senio Confectus inertis
fit pauper: miser sorte in utraq; miser
Quando frui rebus dicitur, Nunc: Lopia nulla est
Lopia cum fuerat; defuit usus edax

Vale iterum plurimum vir Clarissime, quem Deus Opt. max.
benedictionibus suis auget et cumulet protegat etiam et divitiis
conservet, magisq; et magis illustrem et florentem reddat, quod
erit illi quotidie in votis qui tuae dignitatis est et erit studiosiss.

Arch. Cassellens

hanc vana ad v. d. m. t. v.

5. Apr. 1655

[Faint, illegible handwriting on aged, yellowed paper with some stains and a circular mark on the right side.]

Præstantissimo et Ornatisimo,
D. D. Comiti
Domino Rubekano

19 ta

